Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26594
Copyright: Admont, Benediktinerstift



desiderio lacrimarum deuotas preces fundit ad dm. oro

Xpe dne uerbum patris qui ue cottidiana.
nisti in hunc mundum peccores saluos facere.
rogo te per indulgentissima misericordie tue uiscera. emen
da uitam. meliora actus compone mores. tolle de me
quod michi nocet. et tibi displicet. Da quod nosti tibi
placere et mihi prodesse. Quis potest facere mundum
de in mundo conceptum semine nisi tu solus. Tu es
ds omnipotens infinite pietatis qui iustificas impios. et
uiuificas mortuos. qui mutas peccores et non sunt.
Tolle ergo de me quicquid tibi displicet in me. Imperfecta
enim mea plurima uident oculi tui. mitte queso ma
num pietatis tue. et tolle de me quicquid offendit o
culos bonitatis tue in me. Coram te dne est sanitas
et infirmitas mea. illam precor serua. istam sana. sa
na me dne et sanabor. saluum me fac et saluus ero.
Tu qui infirma sanas et sana conseruas. qui solo
nutu tuo restauras diruta et collapsa. Si enim dig
neris in agro tuo serere bonum semen. necesse est ut ma
nu pietatis tue prius euellas spinas uiciorum meorum dul
cissime. benignissime. amantissime. karissime. preciosissime.
desiderantissime. amabilissime. pulcherrime. infunde
obsecro multitudinem dulcedinis et caritatis tue p